



ISTITUTO NAZIONALE
DI STUDI ROMANI

PER.
LAT

OZO

BIBLIOTeca

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Preium subnotationis an. 1942—43: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. — Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen einök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvári-út 18. (tel.: 269-057).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscryptamittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. IV. 6. (tel.: 468-099)

De quinto centenario Mathiae Regis.

Scripsit: Alexander Weber, disc. Sch. P. Bp.

Non aliter, ac singuli homines, etiam populi exemplaria¹ habere debent, quos viventes natione reverentiā ambiat; qui mortui luctu defleantur, sed nunquam oblivione deleantur; qui omnibus praeniteant gloriā; quodrum splendor non comminuantur, immo vero augentur, ut posteritati fonti conscientiae² nationalis sint. Regnator huiusmodi egregius, a populo Hungarico regum exemplaribus annumeratus est Mathias, cuius nativitatis centenarium quintum — quamquam, quo anno reverā natus sit, ignoremus — hisce diebus universa Hungaria, et potissimum urbs eius patria, Claudiopolis celebrat. Cur persona Mathiae Regis tantae gloriae sit, ut vel quinque saeculis post mortem attrahat, quaeras. Mathias Rex noster novissimus sanguine Hungarico ortus fuit, qui ultimus potuit patriam nostram adaugere; qui ultimum Hungariae pro³ se³ exstanti³ praefuit; cuius

«neminem praeter Deum immortalem timentis⁴ sepulcro iure carmen incisum est:

Terror eram mundo, metuit me Caesar⁵ uterque⁶;
Mors tantum potuit sola nocere mihi.⁶

At Mathias haud semper belligerabat, castra hostica expugnabat, sed saepissime studiis occupabatur; cumque non ignorasset, «quam maxime valeret ad bella gerenda priscorum res gestas perlegerem»,⁷ operibus Titi Livii legendis tempus habuit, Bibliothecam ex 3000 librorum constantem in palatio suo sustinuit. Is erat Rex pius et iustus, qui culturam dilatam⁸ adacto regno suo inseruit. Quae cum ita sint, fieri nequit, quin memoria Mathiae, cuius merita monumentis aere perennioribus⁹ culturae Hungaricae indicentur, anniversario nativitatis a cultoribus Latinitatis pie-



Pagina prima breviarii Mathiae regis.

¹ mintakép = Ideal = prototype ² öntudat = Selbstbewusstsein = conscience ³ öncélű = selbstständig = indépendant ⁴ Livius XXXII 32 ⁵ sc. Turcarum et Germanorum ⁶ Jacobus Piso ⁷ Chr. Persona, Agathias ⁸ elterjeszt = verbreiten = divulguer ⁹ Horatius Carm. 3. 30, 1.

tate celebretur. Celebratio autem maximi regum Hungaricorum aptissime fiet exemplum eius imitando, nam «si minus tantam ingenii praestantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedemus.»¹⁰

¹⁰ Cicero De officiis III. I.

Astutia Hungarica.

(2)

Ser. in actis diurnis «Nemzeti Ujság» Guilelmus Politovszky.
Conv. Aem. Láng (Keszthely).

«Stephane! Equos! clamabat Födelmes. At Stephanus mentem amisit et vatillum in manu tenens fugam cepit. «Stephane! Trifurcifer!»²⁴ clamabat Födelmes et pleno gradu cucurrit ad equos, at — sero venit. Locomotrix, nivibus magna vi perfractis disiectisque, protenus prosi uit et impedimento sublatu aratrum tanta vi promovit, ut equos ab ungul s²⁵ ita abruperit, ac si segetes desecuisset eosque una cum trahea parumper protruserit et secum tractaverit. Tum ductor locomotric.s machinam refrenavit.²⁶ Födelmes eodem pervenit, etiam Stephanus, qui iam metu se collegit, rursus rediit, sed equi periēre. Ductore et calefactore²⁷ machine adiuvantibus Födelmes et Stephanus suspirantes gementesque «impedimentum» novum de linea fer. ixiaria detraxerunt, dum inter se colloquia minime p.a habebant. Res ideo non venit ad manus, quia «urbanates», quibus alter alterum petebat,²⁸ non intellexerunt. Hungari enim hungarice Germanos increpabant, Germani autem suā lingua respondebant. Utraque pars alteram incusabat.

Cum spiritus et vox iam deficiebant, Germani benigni Hungaros invitarunt, ut machinam ascenderent, Födelmes autem, vir bellicosus, noluit cum illis procedere, sed dixit, modo soli abiirent — et quidem in malam²⁹ crucem.²⁹ «In angustiis³⁰ veisamur,³⁰ dixit Födelmes, quid ergo faciamus?»

— Equi caedendi sunt, respondit triste Stephanus, ne frustra c. uentur.

Ceciderunt igitur eos et coria³¹ eis detraherunt, ut iubet et regula militaris. Praefectura militaris equum non curat, tantummodo corium eius, quod ei semper tradendum est. «Quomodo portemus coria gravia in oppidum?» interrogavit Stephanus.

— Te traheae adiungam, minitabatur Födelmes. Cur deseruisti equos tu-tu...

— Aspice, monstrabat dito viam nunc iam patefactam Stephanus, qui me uovo, decedente ex ore sanguine, palluit. Partisani adsunt...

In fauce angustiarum catervae hominum apparebant. Ambo sclopeta accipientes pone traheam terrae procubuerunt. Catervā quoque Russorum attoniti stupebant. Paulisper nihil accidit, dum denique unus ex Russis proprius accendit et «Mjászo! — clamavit — Pan daj mjászo.» Födelmes aures arrexit, cum verba sibi nota audiebat. «Noli timere, Stephane! Hi non sunt Partisani, hi carnem volunt.»

— Tradamus ergo eis carnem equinam.

— Stupidus essem, si hoc gratis facerem, dixit Födelmes. Simulque assurgit, sclopeton ad pedes deponit et magnā voce Russos inclamat: Kila pjatdeszaty rublye i. e. chilogramma (carnis) quinquaginta rubelis (est).³² Tunc temporis vulgo caro multo pluris vendebatur. Russi inter se incitat³³ concursabant. Duo adolescentes retro missi sunt.

— Hi nunc Partisanos secum ferent, ut nos opprimant, lamentabatur Stephanus.

— Minime³⁴ gentium! Gaudent, quod carnem vilem accipient.

Finis sequetur.

²⁴ cégeres gazember = Erzsébem = triple pendard
²⁵ pata = Huf = sabot ²⁶ lefékez = abremsen = stopper
²⁷ fűtő = Heizer = chauffeur ²⁸ megtámad = angreifen = attaquer ²⁹ a fenébe = zum Henker = se faire pendre ³⁰ szorul a kapcánk = wir sind in der Klemme = le sol devient brûlant sous nos pieds ³¹ bőr = Fell = peau ³² kerül = kosten = coûter ³³ izgatottan = aufgeregert = ému ³⁴ semmiesetre sem = ganz und gar nicht = pas du tout.

Ad Horatium.

(Metrum Alcaicum.)

*Tu, Flacco Horati, sit tua fas meo
Hoc praedicari carmine carmina,
Non aemulari te volebam,
Sed cui teque tuoque magno*

*Poëta nullus Vergilio magis
Placebat unquam. Gloria, quae tibi
Contingit et continget, usque
Iuverat Hungaricos poëtas.*

Ernestus Kiss Miskolciensis.

Petöfi: Carmen sonat ad sepulchrum ...

*Carmen funebre cantatur,
Ad tumulum quis portatur?
Quivis! iam non terra captus,
Multo magis me beatus.*

*Sub fenestra hic portatur,
Multitudine ploratur!
Cur non ego illic portor,
Tum nemini esset dolor.*

Latine reddidit: Fridericus Kreiner
disc. VI. cl. Sch. P. Magno-Canissanarum.

Petöfi: Iam sonuit vespertina campana ...

Convertit Vinc. Bors Szegedinensis.

*Iam sonuit vespertina campana.
Quis vagatur nunc in via pagana?
Ego grassor ibi sine comite
Quae siturus somnum, sed is fugit me.*

*Supra luna est, supra sunt et stellae;
Omnis fulgent, ut ocelli puellae.
Umbras mittunt et arbores et aedes
Molestia nil aliud agentes.*

*Illic duas ciconias in tecto,
Homines in porta duos aspecto . . .
Puer, virgo — ille flavus, haec fusca,
Ille hanc contegit sua mastruca.*

*Praeterii eos, non me sensere.
Mi Deus, nunc quam beati sunt vere!
Quod ego non in video, sed mallem
Amplexi ipse puellam et talem.*

Nuntii recentissimi.

Nuntii bellie. Bellum in dies crudelius geritur. In Italia nuper volatores Anglorum in dioecesi¹ Genuensi 72 templo pyrobolis² destruxerunt, in quibus etiam illud, in quo Columbus baptizatus³ est. Etiam archiepiscopus Panormitanus⁴ vulneratus relinqueret coactus est ecclesiam domumque archiepiscopalem fere solo aequatam. Novissime pulcherrima cathedralis Berolini a Sancta Hedviga nominata, in qua multos per annos *Summus Pontifex Pius XII* — tum Nuntius papalis — missas celebrabat, pyrobolis Anglorum igniferis incensa et igni deleta est. Quousque tandem? — Ceterum quomodo milites nostri pugnant, demonstrat virtus *Petri Torma* magistri Ordinis Cisterciensis, qui cum

Salus Finnorum, fratum nostrorum, aequo cordi est nobis ac salus nostra ipsorum.

¹ püspökség = bischöflicher Sprengel = diocèse
² bomba = Bombe = bombe ³ megkeresztel = taufen = baptiser ⁴ Palermo ⁵ vezényletet átvesz = das Kommando übernehmen = prendre le commandement ⁶ zsebóra = Taschenuhr = montre ⁷ Nürnberg ⁸ mutató = Zeiger = aiguille ⁹ annum XXV-um

De ignoscendo.

Scripsit *Paulus Pados*. Ex actis diurnis: *Nemzeti Ujság*. Convertit *Anna M. Bencze* (Kecskemét).

Mulier ictu cubiti¹ bracchium mariti, Töröcsik trusit: «Ibi est socer!» Töröcsik contremuit: «En,



Ante basilicam S. Petri milites Italici in bellum profecti exspectant benedictionem Sancti Patris Pii XII-i, qui ab dextera militibus benedictionem impertiens advenit.

munere sacerdotis militaris in Russia fungeretur, duce mortuo ipse ultro imperio⁵ milites regres⁶ cooperat tam fortiter, ut Russos depellerent, quam ob rem a Germanis cruce ferrea ornatus est.

Nuntii vari. Ante 50 annos civis noster *Theodorus Puskás* mundum novo invento mirabilis: *telephono loquenti* donans famam suam Hungariaeque divulgavit. — Horologium⁶ portatile⁶ ante 400 annos in urbe Norinberga⁷ a *Petro Henlein* inventum est. Prima horologia nuda erant id est non vitro tegebantur, ergo etiam nocte obscurissimā virgulas⁸ digitis tangendo status temporis constitui potuit. — Nos catholici hisce diebus celebramus quintum⁹ lustrum⁹ expletum post consecrationem Episcopi Sancti Patris Pii XII. Nonis Martiis in aede *Basilica Princeps Primas Hungariae Iustinianus Serédi* praesentibus primoribus civitatis missā pontificali hunc diem festum celebravit. — *Alexander Regényi* administrator noster infatigabilis a Gubernatore titulo directoris gymnasii ornatus est. Collegae atque amico carissimo pratermittere non possumus, quin toto corde gratulemur. — Professor *Edvinus Linkomies*, cuius imago in fasciculo IUVENTUTIS VI-o publicata erat, primus ministrorum a praeside Finniae electus est. Quod bonum faustum felix fortunatumque sit!

quid tibi vis?» Mulier submissā² voce susurravit: «Tantum, ut aliquid dicam!» Töröcsik, tergum vertit: «Age, veniat, ut hodie iustitia fiat. Pereat mundus, sed fiat iustitia!» Lex denique omnia in ordinem redigit. Cum autem lex a iustis hominibus constitutatur, confidere ei possumus. Iustitia validior est aliis rebus. Quam ob rem...

Pavimentum cryptoporticis,³ tabulis lapideis stratum lente pulsabatur passibus. Domini vestimentis nigris amicti properabant huc et illuc, capas, scriptaque sub axillis⁴ ferentes. Ante ianuas subsellia erant in ordine redacta, albo colore picta; subsellia modica, colore iam paululum detrito. Cum quidam apparitorum⁵ violaceā manicā vestitus nomina vocando iteratum clamorem extolleret, nominati ex subsellis surrexerunt intraverunque per ianuam quernam in conclave. Intus exercetur opera forensis. Intus iam evidebitur, quid sit veritas.

Töröcsik stomachari⁶ pergens fumum⁷ tabaci⁷

¹ könyök = Ellenbogen = coude ² halk = leise = bas
³ folyosó = Gang = couloir ⁴ hón = Arm = bras ⁵ hivatalszolga = Amtsdiener = serviteur public ⁶ irasci

ore⁷ ducebatur.⁷ Sed pipa⁸ fumatoria⁸ (= fumisgium) nullo iam igne ardebat, quia paulisper antea apparitor monuit eum, ut extingueret. Ob eam causam tantum frigide sugebat, sapore ablato. Meditando defixus morabatur. Haud nescit hunc quoque diem in cassum⁹ perditum iri. At faenum¹⁰ in campus in ordine exstructum est, quod versari et colligi debet. Fieri enim potest, ut post meridiem pluat. Tunc rursus integrae hebdomadae operam ponet in hoc faeni non magna copia, cum etiam aliud laboris habeat . . . quea omnia propter sacerdotum . . . pro hoc nihil . . . fiant . . .

Quae cum animo volveret, apparitor acutā voce clamavit : «Stephanus Kelemen et Andreas Töröcsik!». Töröcsik nutando signum dat uxori : «Veni!», et intrat in conclave ianuā querñā aedicatum, ubi denique mox fiat iustitia!

Per aliquantum temporis ne fari quidem potuit. Subito apoplexiā¹¹ sibi pereundum esse putavit. Rubore perfusus aëra captavit. Vir nigrā veste amictus voce quadam gelidā porro legebat : «. . . cum Iudicium¹² regale¹² etiam id haud parvi penderit, quod licet alter litigantium haud caruisset tantā benevolentia, quantam perperam¹³ interpretari nemo posset, tamen alter litigantium rigidissimā quadam sententiā suā, saepissimis gravibusque declarationibus etiam honorem; de quo iam pridem dubitaverat — offendit —, . . . ob eam causam condemnari debet, quamquam haud magnae, tamen aliquantulæ expiationis honestatis, atque ad sumptum litis persolvendum».¹⁴

Töröcsik aegre spiritum traxit : «Ergo . . . insuper mihi et solvendum est?» Cui vir nigro vestitu vitra ocularia sua ordinans annuit : «Ita». Deinde adiecit : «Nisi provocet . . .» In animo Töröcsik totum mundum collapsum esse sensit. «Mehercle, ego equidem non provocabo . . . si tam iustus homo ita tractatur . . .»

Vir nigro amictu humeros traxit : «Lex est lex». Tunc voce iterum forensi¹⁵ addit : «Simul litigatores adhortor, cum sanguinis affinitate iuncti sint, ut pacem inter se componant». Töröcsik iratus : «Pacem componat, inquit, diabolus!»

Finis sequetur.

⁷ dohányzik = rauchen = fumer ⁸ pipa = Pfeife = pipe
⁹ eredménytelenül = erfolglos = en vain ¹⁰ széna = Heu = foin ¹¹ gutütés = Hirnchlag = coup de sang ¹² kir. törvényszék = königl. Gerichtshof = tribunal royal ¹³ tévesen = unrichtig = de travers ¹⁴ megfizet = bezahlen = payer ¹⁵ hivatalos = amtlich = officiel

LECTORIBUS MINIMIS.

locosa et salse dicta.

Pater medicum telephonice advocat : «Statim venias, oro, domine, nam filiolus meus atramentum¹ bibit». Medicus : «Statim advolo. Dedisti-ne iam medicinam filio tuo?» Pater : «Iam dedi ei tres magnas chartas² bibulas.»³

Lad. Almássy disc. Klauzaliani (Szegedini).

1. Quidam homo vatem³ adiit, ut tempus futurum sciret. Vates praedixit ei multas fortunas, pecuniam, pulchram uxorem, domum familiarem, pulchros filios, etc. Post vaticinationem⁴ homo sine solutione⁵ abire voluit. «Cur non solvis?» interrogat vates. «Fraudator⁶ es et non potes praedicere.» «Cur?» rogat vates. «Quia si posses praedicere, id quoque scires me nullam pecuniam habere!»

2. Quidam lumbricus⁷ elabitur e terra et videns non procul alterum lumbricum dicit : «Salve! Iam diu te non vidi.» Alter respondet : «Tu stultus es. Ego cauda tua sum.»⁸

Lad. Balogh disc. Széchenyiani Bp.

1. Reus⁹ ab iudice furti absolvitur,¹⁰ quo auditio curvatus¹¹ iudici dicit : «Ignoscas,¹² rogo,¹² domine iudex, quod nunc quidem frustra te fatigavi!»

2. Professor in balneis¹³ stans, dum lavatione¹⁴ impluunt¹⁴ utitur,¹⁴ exclamat : «Quam vagus¹⁵ est mihi animus!¹⁵ Oblitus sum pluviale¹⁶ tecum portare!»

3. Coniuges in magna taberna¹⁷ universalis¹⁷ res varias emunt. Uxor interim maritum non videns venditor dicit : «Ignoscas, rogo, amisi maritum meum». Venditor respondet : «Vestem¹⁸ lugubrem¹⁸ a venditore XXI-o in tabulato¹⁹ III-o emere potes».

4. Petrus : Felix erat Columbus. — Paulus : Quomodo? Cur? — Petrus : Quia sine syngrapho²⁰ ei in Americam proficiisci licuit!

Aladarus Benkő disc. Kölcsényi Bp.

1. Arabs camelum concedere voluit, sed non potuit. Tandem auxilium a Deo imploravit. Magnum impetum²¹ sumpsit²¹, sed alterā parte camelī decidit. Ex integro orans dixit : «Aduva, Allah, sed ne nimis!»

2. Mulier : Conspecta, hic petasus²² me decem annis iuniorem faciet! — Vir : Eme minimum tres!

3. Paulus interrogat : Domine magister, punies-ne me ideo, quod non feci? — Magister respondet : Non. — P. : Ah, iam valde timebam, nam pensum non feci.

4. Femina quaedam duos psittacos²³ habebat. Unus semper res religiosas dixit, sed alter semper maledixit dominae sue. Aliquando femina intravit. Psittacus maledicus dixit : «Diabolus²⁴ deportet hanc senem veneficam!»²⁵ Alter : «Exaudi nos, Domine!» Genoveva Marosszéki disc. Angelani Bp.

¹ tinta = Tinte = encre ² itatós = Löschräder = pier buvard ³ józ = Weissager = devin ⁴ jóslás = Weissagung = vaticination ⁵ fizetés = zahlen = payer ⁶ csaló = Betrüger = fraudeur ⁷ giliszta = Regenwurm = lombric ⁸ fark = Schwanz = queue ⁹ vágott = der Angeklagte = accusé ¹⁰ felment = freisprechen = absoudre ¹¹ mély meghajlással = sich tief verneigen! = faisant la révérence bien bas ¹² bocsánat! = entschuldigen Sie! = pardon! ¹³ fürdő = Badeanstalt = bains publics ¹⁴ zuhany vize folyik rá = unter dem Gießbad = sous la douche ¹⁵ szórakozott = zerstreut = distract ¹⁶ esernyő = Regenschirm = parapluie ¹⁷ vulgo : bazar ¹⁸ gyászruha = Trauerkleid = habits de deuil ¹⁹ emelet = Stock ²⁰ étage ²¹ útlevél = Reisepass = passeport ²² lendületet vesz = Schwung nehmen = prendre son élan ²³ kalap = Hut = chapeau ²⁴ papagáj = Papagei = perroquet ²⁵ ördög = Teufel = diable ²⁶ méregkeverő = Giftmischerin = empionneuse

1. In cauponā.¹ Quidam devensor,² qui piscem assum³ edit, advocat puerum⁴ caponium⁴ et : «Affer mihi, inquit, aliquam potionem, nam piscis natare vult!» Quibus auditis devensor alius, qui apud mensam vicinam sedens bubulam⁵ edit, dicit pueru caponio : «Etiam mihi affer aliquam potionem, nam bos bibere vult!»

2. A : Pluviale⁶ tuum inveni in magistratu

¹ korcsma = Gasthaus = restaurant ² vendég = Gast = hôte ³ sült = gebraten = röti ⁴ pincér = Kellner = garçon ⁵ marhasült = Rindsbraten = röti de boeuf ⁶ esernyő = Regenschirm = parapluie

rerum inventarum. — B : Mirabile ! Etenim ibi non fui !

3. Poëta iuvenis, cuius versus moderatori displicant, acriter explicat : «In versibus meis imago puellae a me amatae splendet ! » — Mod. : «Quomodo ? Etiam puella amata claudicat ? »⁷



Horologium portatile capite mortui ornatum (pag. 51).

4. *In via ferrata.* Viator a duce itineris rogat : «Hac tesserulā⁸ viatoriā⁸ possum-ne tamdiu proficisci, quamdui volo ? » — «Non, quae-so, tantummodo usque ad Aquincum.» — «Bene est, eo tenuis⁹ equidem volo proficisci.»

5. A : Iam quinque horas sedes iuxta me aspec-tans. Cur non etiam tu hamo¹⁰ piscaris ?¹⁰ — B : Huic non possum satis patientiae adhibere.

6. Vir staturā magnā in theatrum it. Loco occupato post tergum eius sedentes sibilare cooperunt : «Conside ! » Vir longo corpore assurgit ad discedendum. Quo facto aliquis vocem iratam emittit : «Ecce ! Insuper¹¹ sellam ascendit ! »

Gabriel Tánczos disc. Cisterc. (Baja).

Dominus : Dic, amice, quo modo effecisti, ut gallinae¹² vicini tui non amplius in hortum tuum venirent ? — Amicus : Valde simpliciter. Nocte obscurā ova multa occului¹³ in horto meo, quae deinde mane collegi vicino praesente et in culinam tuli.

Tiburtius Épress disc. Cisterc. (Baja).

Vir celeberrimus Duval bibliothecarius imperatoris Francisci I. modestiā inter omnes praestabat.¹⁴ Cum a fatuo¹⁵ quodam de aliqua re interrogaretur, sincere respondit : «Nescio». — Atqui — dixit fatuus — ideo imperator tibi stipendium dat, ut scias ! » Cui Duval : «Imperator mihi stipendium persolvit propter id, quod scio. Si propter ea solveret, quae nescio, thesaurus totius regni non ei sufficeret.»

Alexander Bácskay disc. Cisterc. (Baja).

⁷ sántit = hinken = boiter ⁸ menetjegy = Fahrkarte = billet ⁹ ig = bis = jusque ¹⁰ horgászni = angeln = pêcher à la ligne ¹¹ még ráadásul = obendrein = en plus ¹² tyúk = Huhn = poule ¹³ eldug = verstecken = cacher ¹⁴ kitűnik = sich auszeichnen = se distinguer ¹⁵ stultus

Precatio Francisci e com. Széchenyi pro vita laboriosa.

Deus omnipotens, exaudi preces meas ! Imple cor meum purissimo angelorum amore erga alios, patriam civesque meos ! Illustra me virtute¹ Tui ingenii¹ ac ratione fortis ! Sine in futura me propicere et semina bonarum rerum a seminibus malorum distinguere ! Fac me scientem, quid agam, quōque modo incipiam, ut de bonis a Te mihi permisis rationem² reddere² possim !

Cogitare volo et laborare dies noctesque per omnem vitam. Duc ad optimum eventum, quod boni est in me ; opprime nascens, quocunque malos afferre possit fructus ! Praebe subsidium Tuum, ut omnes motus animi vehementes in me extingue possim ! Concede, ut humili animo spectem omnia atque ita quidquid aggrediar ! Quas preces non solum verbis recitem, sed etiam factis meis semper in caelum mittam.

In Latinum convertit Arn. Pányi (Cassovia).

¹. lángszellem = Feuergeist = génie ² számot ad = Rechenschaft ablegen = rendre compte

Certamen corrigendi.

Qui haec ioca a quodam discipulo ad moderatorem missa optime correxerint, praemium accipient. Terminus corrigendi : *Calendae Maiæ.*

1. *Discipulus diligens ad negligentem :* Perche non fuisti hodie in templo ? — *Negligens :* Habeo audire tantas praedicationes in schola et domi.

2. A : *Doleo hodie non potesse cenare. Deest fames.* —

B : *Felix, tu ! Ego habeo famem et non habeo quod cenare.* 3. A (*amicum caelum spectantem imitans*) : *Quod vides in caelo, amice ?* — B : *Stultum, qui me rogat. Et tu quod vides ?* — A : *Idem. Video te.* 4. *In*



Horologium portatile Petri Henlein (pag. 51).

schola femina superiore discipulae magno cum clamore turbant magistrum. Haec ira ingenti exclamat : «Referisco occupata esse cum quinque pueris, quam cum una puella ! » Discipulae sedibus exsidentes cum gaudio magno clamitant : Etiam ego ! . . . etiam ego ! . . . etiam ego !

LECTORIBUS MAIORIBUS

Commercium litterarum.

Praeclarissimo Viro
Doctori Josepho Wagner
Moderatori ephemericis
"Juventus"
Budapestinum

N. 60808

Dai' Vaticano, li
2 Februarii 1943


*Il Cardinale Luigi
Maglione*

Segretario di Stato di Sua Santità
praeclarissimo Viro Josepho
Wagner, quod ephemericis
exemplar, quae Juventus inscribitur, Augusto Pontifici
dono misit, Ipsius verbis
maximas agit gratias fausta-
que omnia a Deo precatur.

Systema stenographiae S.-is Taylor. (8)

Ad linguam lat. accommodavit I. C. Danzer Pesthini 1802.

In eadem tabula videre licet, quomodo una eademque litera, cum duplicanda est, exprimatur; e. g. *dd*, *nn*, *pp*, *ss* &c. ita, ut, si character sit *rectilineus*, veluti *dd*, simplex in duplice longitudinem producatur; si *semicircularis*, velut *nn*, semicircu-



A. 1881 in expositione universa Parisiana primum homines per telephonum loquens Theodori Puskás audire potuerunt drama musicum (pag. 51).

lus in duplum extendatur; aut si compositus ex anulo & et recta, e. g. *pp*, anulus solum modo, qui simplicem literam efficit, hic duplo major pingatur. Eadem quoque ratio observanda est, dum idem character ter, vel, quod rarissime accidit, quater sibi continuo succedit. Quae res, quemadmodum & vocalium finalium adnectendarum ratio, in regulis scribendi infra accuratius tractabitur. Characteres tamen *zz* & *xx*, ita formare maluimus, ut e simplicis eorum figurae iteratione coalescerent, ne curvatura in duplice magnitudinem auge- scendo, erroribus locum praebeat.

Stenographiam dissentibus igitur id imprimis curae erit, ut ante omnia formationem, tum significationem characterum stenographicorum, ac dein, quam tractavimus, conjunctionis rationem sibi perspectam reddant; huic vero tamdiu immorentur, donec eam penitus memoriae mandaverint. Aptă enim & facilis characterum connexio omnis promptitudinis ac facultatis stenographicice scribendi fundamentum est. Quo magis curandum erit, ut exiguae illas mutationes, quas in connexionibus literarum *b*, *h*, *l*, *m*, *p* facilioris nexus causa factas reperiet, diligentissime observet atque imitetur, priusquam ad ulteriorē scribendi exercitationem progrediatur.

Continuabitur.

*Josephus M^a Mir, O. M. F. cl. viro
Josepho Wagner s. p.*

*Paucos ante hōs dies alumnis, qui cursum latini-
tatis quintum — extreum in nostris Collegiis —
exigunt, scriptiunculam liberam indixi, ita tamen,
ut epistulam ad amicos aut ad Scholares nostros alibi
degentes conscriberent. — Eis nuper aliquot «Iuven-
titatis vestrae fasciculos — quos ex sede nostra Ber-
cinonensi acceperam — in aula ostendi atque perlegi.
Ora vultusque omnium sibi ephemericem magno opere
placuisse significant.*

*Data die scriptionum codicillos tradunt, aperio,
lego et . . . admirationem mihi concitant et gaudium,
quae oculis inspicio: alii ad fratres suos «Postulan-
tes» in Lusitania, in Baetica Provincia, in Italia
commorantes, lepidas narrationes scribunt, sed et
duo ad scholares Hungaricos — quorum humanitatis
ac litterarum amorem perceperunt, quorum fidem
catholicam mirati sunt, quorum faceta et ridicula
ipsis risum moverunt —, verba faciunt cum eisque
sermonem instituere expetunt. Quas igitur, honorate
vir et «Iuventutis» Moderator, conscripserunt epistulas,
ad te mittendas institui, ut, si tibi lectoribusque
grata fore censeris, typis exprimas atque edas.*

*Nunc autem, hac arrepta occasione, quid ego de
vestra «Iuventute» sentiam, aperte dicam. Interrogasti
enim minores lectores «quae maxime in Iuventute
placeant»: majorum sententiae ac voces non displice-
bunt certo.*

*Vestrum illud studium in latinum sermonem,
quod pluribus in vestris Collegiis fervet, mirabile in
primis videtur: ea contentio, qua adulescentes ac
juvenes nobili aemulatione hac exercentur palaestra:
ii rectorum animi nervique, ut alumni latinitatem
calleant, ut faceta proferant et narrationes, ut ludos
scenicos sicce exprimant et agant, ut carmina latina
musica modulatione cantent, ut hodiernis rebus apta
parentur verba et locutiones, ut per radiophonum
summi latinitatis magistri orationes lectionesque
edicant: quis haec omnia non admiratur? eaque nobis
hispanis stimulos animosque non addent ut, qui ma-
jora de latinitate percepimus beneficia, majore simul
nobilitate et gloria vobiscum hac contendamus pa-*



laestra? — Ac catholica sensa, quibus abundat «Iuentus», quis non laudet? Hispanis praeter ea erga ingenuos nobilesque Hungaricos officium extat explendum. Dum alma Hispania Mater bello nuper transacto hostes — non filios — profligaret, «Iuentus» semper Nationalistarum partes tutta et



prosecuta est: si igitur etiam nunc nemo hispanorum pro eo tibi, colende vir, gratiam rettulit, en accipe nostram, dum tot errationes, tot pericula, tot praesentis mortis minae, quas passi sumus, in mentem veniunt. In illis lugendis eventibus procul a nobis, — vos hungarici — nostri sincero animo miserebamini... .

Non nullas notaveram lucubrationes, quibus legendis in «Iuentute» maxime delectatus sum, eas tamen minime exprimam cum haec mea epistula plus aequo protrahatur. Plurima ex «Iuentute» nova verba in schedulis redegi, quae conferam, optima seligam atque usu adhibebo. Lugendum sane nec omnes fasciculos ab anno 1938 nos habere, et jam ab mense augusto eam non legimus. Qua ingressi estis via, strenui pergit omnes et adulescentes et magistri alta ornati doctrina auctoresque in colenda latinitate indefessi.

Plurimum valete, et Deus pacis vota vestra fortunet.

Alabona, — ad Caesaraugustam — kal. februarii anni 1943.

Librorum recensio.

«Parthenon» A klasszikus műveltség barátai egyesületének évkönyve. Új folyam I. 1940—1941. («Parthenon» Annales Societatis Amicorum Antiquitatis Humanitatisque. Nova series 1940—1941) Budapest, 1942. Szerk. : Báró Radvánszky Antal dr. főtitkár. Pag. 79. — Parthenonis annalibus hoc anno larga orationum et disputationum acriter ad legendum sollicitantium et incitantium copia nobis suppeditatur. Gravissimae enim et ad altius ac rectius cogitandum lectores irritantes ne dicam illientes sunt Leopoldi Baranyai: societatis praesidis orationes, quarum priore a. 1940 mense Sept. habita, quae ratio inter antiquitatem Graecam et Latinam et nostrorum temporum intercedat homines, dilucide explicatur. In altera oratione a. 1941 mense Aprili habita, quae homo historicus et homo oeconomicus inscribitur, pristinam gymnasi formam restituendam esse et linguarum Graecae et Latinae studiis latius spatium dari oportere contenditur. Disputationes vero lectu sunt dignissimae ut puta de fossuris Olympiis olim et nunc, quam Gerhardus Rodenwaldt conscripsit. Olim artificum opera effossa esse, nunc autem

stadii, cuius maxima pars iam è tenebris in lucem protracta sit, patefactionem a Germanis summopere apparari. Gualterus Otto de Tyrtaeo et fama immortalis a. 1941 mense Aprili commentatus demonstrat Platonis et Tyrtæi de fama immortali opinionum discrepantiam. Platonem famam immortalem in intelligentia humana, Tyrtæum in fortitudine posuisse. Richardus Bacchelli rationem, qua Machiavellus et Graeci Latinique scriptores inter se dissident, ingeniose illustrat. Has disputationes Zoltani Harṣányi subsequitur concinna Horatianae Artis Poeticae interpretatio. Ioannes Balázs studia, quae intra annos 1940—1941 in litteris Graecis et Latinis exercebantur, brevi comprehendit conspectus, in quo etiam nostrae ephemeredis honorifice fit mentio. In ultimis paginis relatio secretarii societatis et huius libellus summarium a Julio Péter Latine confectum leguntur. Car. Ács Pest.

AENIGMATA.

Solutions aenigmatum numeri V (m. Ian.) 1. Duea, urbs, abes, esse. — 2. Ovidius, varius, (c)ircus, dius, us, s. — 3. E, re, are, mare, amare. — 4. Alea iacta est. — 5. O fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris. — 6. Similis. Ora. Roma. Si vis. Bella gerant. Omnia. Nomen. Alea. Nulla. Inter duos. Lucus. Ave Caesar. Lupus. Inter. Ubi. Divide: Sors bona, nil aliud. — 7. Hero, sero, Nero, vero. — 8. Iaculum, baculum. — 9. Orbilius Pupillus. — 10. Sub pondere crescit palma.

Aenigmata recte dissolverunt: ex 26 scholis 132 discipuli. Praemium sorte obvenit: Valeriae Bartos (Veresianum), Petro Csányi et Ladislao Reitter (Eötvösianum), Andreae Borbás (gymn. conf. Luth.), Dionysio Mihályi (gymn. Cisterc.), Elisabethae Csőre (Angelanum) Budapestinensis; Ioanni Gebhardt Dombovariensi; Ludo-vico Lenkei Agriensi (gymn. Cisterc.); Clarae Kwamitzka laurinensi; Paulo Piffko Jászberényiensi; Antonio Mikolaj Cassoviensi (Hunfalvyanum); Ioanni Gerebenies Papaensi (Maurinum); Francisco Vácezi Quinquecclesiensi (gymn. Cisterc.); Angelae Komlós Scarabantineae (Ur-sulanum); Ladislao Almássy Szegediniensi (Klaузalianum); Stephano Eszes Szentesiensi; Iosepho Szabó Ginsensi. Fortuna non favit discipulis Toldyani, Berzsenyi, Fayani, Giselani (Budapestini), Neoseliensis, M-Canisanis, Pestszentlörinciensibus, Alba-Regiensibus, Claudiopolitanis.

1. Quadratum magicum.

1	2	3	4
1			
2			
3			
4			

A A E E 1. Pulcherrimus est florum.
I I L M 2. Quondam, aliquando.
M N N O 3. Praepositio.
O R S S 4. Ultimum verbum precatio-nis.
Geysa Lakatos disc. Dombovariensis.

2. Acrostichum.

. ocus	. ives	. ugum	. utus
. nte	. taque	. ux	. cies
. unc	. cer	. cce	. autus
. nter	. ax	. ogo	. nde
. actum	. rgo	. go	. lea
. nde	. ex	. ncola	. erito
. omen	. ictum		

Litterae initiales dictum Plinii clarissimum dant.

Antonius Mikolaj
disc. Hunfalvyani Cassoviensis.

3—4. *Anguli magici.*

D D E E	Pronomen determinativum.
I M M	Numerus cardinalis.
O O	Vado, pergo.
U	Consonans.

Theresia Weiss
disc. Giselani Bp.

A A A A A	D	Filia Iovis, soror Apollinis.
I I I I	I	Nuntia Iunonis.
N N O	O	Dico, inquam.
R R	R	Consonantes.
S	S	Vocalis.

Dionysius Szentgyörgyi
disc. Cisterc. Agriensis.

5. *Pyramis.*

A	Consonans.
A A	Pronomen determinativum.
A I I	Forma verbi «velle».
I I I M	Animal vocare.
M S S S S	Forma verbi «malle».
S S V V V V	Dilexis(ti), ergo sine ultima syllaba.

Margaretha Hardy disc. Angelani Bp.

6—7. *Ad saltum equulei.*

Quid-	fi-	pru-	■■■■■	■■■■■	dem	pe	ca-
a-	re-	quid	nem.	do-	vat	vi,	pi-
ce	gis,	gas	den-	non	sae-	ta	ca-
et	ter	spi-	a-	Gut-	den-	la-	sed

Theodorus Belházi
disc. Astricini Scarabantini.

8. *Ex syllabis.*

... minus	... ier	... nte	... milis	... tinus
... tar	... tus	... litaris	... ribundus	... lidus
... go	... merus	... ta	... ythrae	... cinia
... thimus	... ridies	... porale	... elligens	... rare
... bruarius	... venna	... stridie	... midia	... tinc
... a	... ulcus	... ritas	... cornis	

Syllabae absentes distichum pulchrum Ovidii dant.

Thomas Falus disc. Berzsenyiani Bp.

9. *Logographus.*

Fingor api. Primā ponatur littera sede,
quae nomen claudit! Continuo — arbor ero.

Fr. Palata Trebicensis (Moravia).

10. *Ex sententiis.*

- . quid nimis.
- . . et labora.
- . . . est omen.
- mecum porto.
- manum lavat.
- mortem beatus.
- . vino veritas.
- ad astra.
- in corpore sano.
- o mores!
- . . . teneatis amici?
- . . furor brevis est.
- . . . Musis amica.
- . . acu tetigisti.

Litterae initiales oraculum Horatii indicant.

Paulus Piffkó disc. Jászberényensis.

11. *Crucigrama.*

1	2	3	4	5	6
7					8 9
10			11	12	
13		14			
	15				16
17	18				19
20	21	22	23		
	24	25	26		
			28		

Ad libram: 1. Tellus, humus. 5. Rex bestiarum. 7. Forma verbi esse. 8. Pronomen reflexivum. 10. Forma verbi «esse» sine littera initiali. 11. Coniunctio temporalis. 13. TM. 14. Ratio, via. 15. Gladius. 17. Suffixum substantivorum. 19. Dono. 20. Ita. 23. «Tibi germanice. 24. Ortus, genitus. 27. Pronomen personale. 28. Forma verbi «esse». — *Ad perpendicularum:* 1. Numerus ordinalis. 2. Forma verbi «esse». 3. Ripam, sine littera initiali. 4. R M. 5. Gloriae (gen.). 6. Pars durissima corporis. 9. Vado, pergo. 11. Donus nuptiale. 12. Bestia parva, sed noxia. 14. M N O. 16. Excito, adhortor (sine ultima littera). 18. Praepositio. 19. Praefixum. 21. C A. 22. Pronomen personale. 23. Dones. 25 = 22. 26. Pronomen reflexivum.

Ioannes Gebhard disc. Dombovariensis.

Nota. Lectoribus minimis: 1—7, mediis et maioribus 8—11. — Discipuli eiusdem scholae solutiones a magistro suo collectas in communi involucro epistulae ad moderatorum J. Wagner (Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20.) mittant. (Egy-egy iskola tanulói rejtvénymegfejtéseket közös borítékban küldjék be a szerkesztőségbe.)

Terminus solutionum: Calende Maiae.

Epistolia officialia.

Mense Febr. 18 discipuli et 7 viri docti 62 aenigmata, 18 iocosa, 8 opuscula varia edenda et 5 libros recensendos ad me miserunt. — *I. Szaiber.* Accepérunt-ne iam discipuli libros praemio datos? — *L. Vasvári.* Valde dolendum est, quod non domi eram, cum advenisti. Diebus Lunae Martisque scholae mihi in Universitate habendae sunt. Ad redditum vale! — *C. Szalay.* Saluta meis verbis et Matrem Carolam, et amicas tuas, quae cetera opuscula in latinum convertent. — *R. Frankl.* Certamen poëticum perpaucis discipulis utile est, nam carmen scripturus non solum regularum grammaticae metrikaeque peritus esse, sed etiam quam maximam copiam verborum poëticorum in potestate habere debet. Ceterum si quis tamen Hungarorum acceptabiliter Pegaso vehi didicit, Hungaricos latine reddat poëtas, ut ab extraneis cognoscantur. Poëtas autem extraneos sui cives in Latinum convertant. — *Compluribus.* Quo quis rarius aenigmata solvit, eo rarius praemium ei sorte obvenit. — *Narratio Mauriti Jókai*, quae inscribitur: «De duabus salicibus Enyediensibus (= A nagyenyedi két fűzfa), latine redditia in fibello eleganti, imaginibus, annotationibus et vocabulario instruera ab interprete, *Ladislao Juhász dr.* (Szeged, Horthy-kollégium) venditur. Pretium 1.60 pengoe. Numerus chartulae nummariae postalis: 12685. Novem exemplaribus decimum gratis additur.

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. Negotiorum curator: Fr. Kohl jun.